

EMBLEMA XCIII.

Sensus proprius.

XCIII.

Cuiq; suum pulchrum.

An non tam varios spectans ex æthere vestes,
 Sartorum laudas Iupiter ingenia?
 Nam nec Mercurium, quamuis vagus erret in orbe,
 Sedulus & cunctos visitet artifices.
 Nec, licet omnigenas tua filia nouerit artes,
 Quæ fuit è cerebro nata Minerva tuo,
 Tot formas operum, totque inuenisse figuras,
 Sartorum, reputo, quot facit vna, tribus.
 Mirarer causas, fors mirareris & ipse;
 Cui libet et at sensum nouimus esse suum.
 Cuique suum pulchrum est; animal quam summa foedū!
 Pulchrius ac catulis nil putat illa suis.